



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Antonii Bynaei de Calceis Hebraeorum Libri Duo

Bynaeus, Anthony

Dordraci, 1682

LXX. interpretes & Vulgatus notati.

urn:nbn:de:hbz:466:1-12835

mus, in quo explicando nihil juvant omnes veteres, qui varie admodum reddiderunt. LXX. ὁψὲ φωνὴ αὐτῆς ἀλόλυξε τὰς ὁδὸς αὐτῆς. Quid in animo habuerint, quod נַחֲשׁוֹ verterint ὁψὲ, ego sane nescio, cum eam vocem Κάμηλον alibi transtulerint. Pro נַחֲשׁוֹ vero legisse videntur נַחֲשׁוֹ. Vulgatus: *Cursor levis, explicans vias suas.* Scilicet ex Aquilæ, Symmachi vel Theodotionis, corruptis exemplaribus hic error natus est, ut, pro *dromade*, sit in Vulgato *cursor*. Verterant illi δρόμας κέφη, pro quo librarii fecere δρομεύς, uti jam pridem monuerunt viri eruditi. Utinam Samuel Bochartus, qui tot difficilia loca feliciter explicavit, & tam multa præclara de animalibus nos docuit, hunc locum non intactum reliquisset; Multis quidem ostendit נַחֲשׁוֹ esse *camelum juniorem*, at quid sit *camelus junior* נַחֲשׁוֹ מְשׁוֹרָה nusquam dicit. Tentandum nobis est, an quid afferri possit, quod, si non omnino verum, verisimile tamen sit.

Bochart.
Hieros. p.
I. pag. 82.

IV. Verbi מְשׁוֹרָה, quod semel tantum occurrit, radicem olim usita-

usitatam $\Gamma\psi$ statuerem, quæ *circum-
ire & discurrere* notavit, unde $\Gamma\psi$ *cor-
rigia* dicta est, ab ambiendo, sive cir-
cumeundo, quia pedi circumvolvi-
tur. Hinc *camelus junior* $\text{כַּמֶּלֶךְ הַדָּרְכָה}$
circumiens vias suas, est camelus
quæ æstro libinis percita notas se-
mitas circumit, & huc illuc vaga-
tur maris potiundi gratia. Inter
animantia maxime libidinosa etiam
camelus est, de quibus Aristote-
les refert, quod *toto die coeant*. In-
primis $\text{כַּמֶּלֶךְ הַדָּרְכָה}$ flagrat libidine, quæ
est camelus foemina junior, quæ
incipit *catulire*, hoc est, ad Ve-
nerem incitari. Hinc *camelus ju-
nior* $\text{כַּמֶּלֶךְ הַדָּרְכָה}$ *circumiens vias
suas*, est camelus, huc illuc dis-
currens æstu libidinis. Hunc sen-
sum innuere videntur LXX. In-
terpretes, qui reddiderunt, $\delta\psi\epsilon$
 $\phi\omega\eta\ \alpha\upsilon\tau\eta\varsigma\ \acute{\omega}\lambda\omicron\lambda\upsilon\zeta\epsilon\ \tau\acute{\alpha}\varsigma\ \acute{\omicron}\delta\acute{\epsilon}\varsigma\ \alpha\upsilon\tau\eta\varsigma$.
Verbum $\acute{\omicron}\lambda\omicron\lambda\upsilon\zeta\epsilon\iota\upsilon$ quidem ejulare,
& cum clamore plorare, notat,
verum etiam de eo ejulatu dicitur,
quem emittunt bruta, dum libidi-
ne flagrant. Hinc $\acute{\omicron}\lambda\omicron\lambda\upsilon\gamma\acute{\omicron}\nu\epsilon\varsigma$ sunt Plin. lib. IX
ejulatus, quos emittunt mares cap. 37.
ranæ, dum foeminas ad coitum vo-
cant. Neque aliter hoc intellexit,